

**Rector Universitatis Rostochiensis Georgius Radovius, I.U.D. Prof. Publ. Ad
eundum frequentes exequias Acerbo Funeri ... Pueruli Matthaei Liebeherrn/ Quod
moestissimi eius Parentes hodie ipsi parabunt, Omnia ordinum Cives
Academicos studiose humaniterque invitat : [P.P. Sub Sigillo Rectoratus d. XXI.
Decemb. A.R.S. MDC.LXXX.]**

Rostochii: Keilenbergius, [1680]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn77066993X>

Druck Freier  Zugang



Radow, G.

in

M. Liebeherr.

Rostock.(1680.)

8.

94.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
GEORGIUS
RADOVIUS,
J. U. D. Prof. Publ.
Ad eundum frequentes exequias
ACERBO FUNERI
TENELLI ET BELLISSIMI PUE RULI
MATTHÆI
Liebeheran/

Qvod mœstissimi ejus PARENTES
hodie ipsi parabunt,
Omnium ordinum CIVES
ACADEMICOS studiosè huma-
niterq;e invitat.



ROSTOCHII,
Typis Viduæ B. FRIDERICI KEILENBERGII,
Universitat. Typogr.



Amentabilem dolor!

& quam fragilem maximè nostram mortalium existere sortem, sanctiora edisserunt oracula, plurima iudicis firmant evincentque documenta; nec ætatum quidem illa hujus incapax est expersæ calamitosissimi fati. Flebilis accessus, variabilis processus, lugubris denique existit

discensus. Unusquisque nostrum cum nascitur & hospitio mundi hujus excipitur, initium sumit abs lacrimis: & quamvis adhuc omnium nescius & ignarus nihil aliud novit in illâ ipsâ primâ nativitate quam fleret: providentiâ naturali lamentatus vitæ mortalis anxietates; & procellas mundi quas ingreditur, in exordio statim suo ploratu & gemitu rudis mens testatur. Vix oritur evanida ista vita, cum jam paulatim marcescendo flaccescit imo planè moritur. Prodromus nimirum mortis est, vitæ nostræ initium, nec ante increscit ætas, quam pari quoque passu decrescat; neque enim perpetua in terris vitæ spacia ulli mortalium concessa sed expunctâ morte de seculo hocce recedendum, sed finita cum infinitis inevitabili lege omnibus sunt commutanda. Enimvero ascendimus ut descendamus, vivimus ut arescamus, & cum maximè florere videmur, maximè ad aresendum pergimus; omnis siquidem dies gradus est ad mortem, & videntes in cunabulis infantes crescendo pariter senescunt. Viator in hoc vepricoso vitæ itinere, quo altius emergit eò descensui sit proximior, et si dici fas sit quodammodo emergendo demergitur. Est brevis quamdam oratio homo, viꝝ habens aliud quid quam exordium & epilogum pro exordio est hominis ortus, pro epilogo ejus interitus: Ab illo ad istum facili interveniente discursu. Quamdiu in orbe agit homo,

homo, abs morte agitur in orbem : quotidie moritur quotidie demitur aliqua vita pars. Media saepius in vita, invita licet, omnis exspirat infantilis juvenilisque gloria. Nihil hic est fixum cui animus valeat adhaerere ; prætereunt cuncta instar scenæ in theatro exhibitæ, *προσταύει τὸν χρηματικὸν πόλεμον* 1. Cor. 7, 31. Prætereunt instar cœnæ in triclinio apparatus ; habente se hic mortali instar figuræ sphæricæ: Velut enim illa in idem quo incipit punctum desinit : Sic & ipse metà terra inchoans in terram redit, à tumulo perit tumulum ab utero sepulcrum. Speret licet spiretque diutissimam in terris vitam *τὴν μὲν μίαν ιχνά δὲ μηνῶν* & dum longæ est spei brevis existit vita, præter propter vitam agens :

*Nam nostri bene computentur anni,
Et quantum tetricæ tulere febres,
Aut langor gravis, & mali dolores,
Infantes sumus & senes videmur.*

Quæ unda in declivi fluit loco semper labitur donec se marinis infuderit fluctibus ; nostraque ad mortem properat, quin cum morte convivit aut etiam commoritur hominum vita ; & velut circumerrantes rivuli non quiescunt unquam nisi in magnum aquarum gremium se effuderint : sic & omnes nosmet serius ocius sors exitura in magnum tandem mortis mare labi delabiique impellit. Maturi omnes sumus ad discessum ex quo nati imò & antequam nati ; Multis quippe in ipso utero vix bene infuso spiritu spiritus eripitur, & ad instar aviculae pueri manu detentæ in ipsis saepè primordiis evolat. Ordine non sine variamq. Ayellimur, dejicimur sponte cadimus prout jusserit is volueritq; arbiter, qui cunctis decretorum constituit diem, admonetq; ut dum huic crescit fato & quod occasus videt & quod ortus, è creberrimis istis mortalitatis casib; in hac incertæ vita statione collocati multo ante mori discamus quam moriendum est, sic non morituri

) (2 cum

Eum morituri. Namque in scenâ partes qui citius peregit, personam vestemque ponit libenter domum abiturus: Et nostra mens à temporario theatro ubi delusus fragilitatis minimum quam coimmodè quam festinanter fieri liceat, ad ætheream illam, vereque pariam sedem properat. Haud absimilem censeas mortalium statum vitamque scintillæ in clauso obscuroque paulisper discurrenti conclavi; ut enim ei & antè & retro tenebræ sunt, ipsa verò lucens quidem modiculum, at ubi paullulum volitaverit extinguitur: Sic & hominum vita tempus præteritum præsens & futurum habere dicitur, cum tamen præteritum pariter & futurum nihil sint, ut pote quod utrumque obscurum, & fati involutum est tenebris obrutumque; solum præsens aliquid vitæ & luminis spirat, idque ipsum vix esse cepit, cum esse desinit & lugubriter expirat. Videlicet his principiis nascimur, hoc modo vivimus, ad istam denique faciem vitam ponimus: fletu Heracliteo dignissimi, nascentes ob impendencia mala, vivi ob præsentia, mortui propter ea quæ tanquam variabilis conditionis scopi in omniâ vitæ perpeti necessum habuimus ubi ille ceteris præstantior rerumque suarum est satagentior qui, prudentius valet nedum tela evitare, sed ea saltem contundere sibi; sic salutaria reddere ne cepta interrumpant benignius olim perficiendam humanæ salutis telam. Subiit has caducæ luctuosæque mortalium necessitudinis leges eodem labente adhuc salutiferi partus anno pariter & mense, quo natus, citissime denatus, redonatusque perenniori & sereniori statui Scitissimus ac Tenellulus pusio
MATTHÆUS Liebeherr. Is enim ipse quarto adulti jam hujusce Decembris mensis die decrepiti penè anni M DC LXXX. exortus, statim ob caussarii debilisque planè corporculirationem per lavacrum aquæ salutaris in Christiani orbis contubernium cooptatus est manu Viri pl. Reverendi & Clarissimi DN. M. Ludovici Barclaji Archidiaconi Mariani dexterimi. Neque tamen diu post, utut medicam

cam solertissimè adhiberet operam, eaq; adordinaret omnia,
qva debellandæ profugandæ que facere qvirent infirmitati,
Vir Clarissimus & Experientissimus DN. BERNHARD
BARNSTORFIUS Med. D. & Practicus eximus, Sexto ni-
mirum supra decimum hujusdem mensis die, mortalita-
tem qvam novissimè induerat, exuit, albis immortalitatis
accingendus vestimentis novus æternitatis candidatus, tñm
feliciter natus qvam salubriter in primo penè nascendi limi-
ne vita ei obyiam venit æterna: immaturus qvidem ad
mortem visus, sed fortunatissimè moriens ad vitam: vix
dum gustata præsentí eaque momentanea statim transiens
ad futuram & istam qvidem sempiternam; vixdum ingres-
sus infantiae cuias & jam tñm pervenientis ad coronas; ra-
ptus qvidem ab amplexibus parentum, sed redditus gremiis
Angelorum.

Ceterum ne memoria bellissimi hujus infantis ipsâ
cum morte in solidum extinguitur, lubebit qvo natus sit
sanguine, & qvos amplissimos, è parentibus & majoribus ob-
tinuerit natales eo hic consignare ordine, eaque qvâ nobis ex-
hibitum fuit idipsum tradere serie. Patrem qvem vene-
raretur, si supervixisset, Beatulus noster habuit: Virum Nobi-
lissimum Amplissimum & Consultissimum DN. MATTHÆ-
UM Liebeherrn / JCtum & Consulem hujus Reipubli-
cæ, Syndicum item gravissimum spectatissimumqve, Ami-
cum fautorem & affinem nostrum honoratissimum. Ma-
trem verò seminarum Nobilissimam & Virtuosissimam
DOROTHEAM PANSOVIAM. Avus paternus ipsi extitit
Vir Amplissimus & prudentissimus DN. JOHANNES Lie-
beherr / Senator Salinarumqye Ephorus Colbergæ clarissi-
me meritus. Avia autem paterna eximia & virtutibus se-
xum illustrantibus debiliorem ornatissima GERTRUDIS
Engelbrechts. Proavus ipsi paternus fuit Vir Maximè
Reverendus, Amplissim⁹ & Clarissim⁹ Dn. M. JOACHIMUS
Liebeherr Pastor Cathedralis qvod Colbergæ est templi

qvondam fulgidissimus, Assessor item Consistorii ibidem.
Episcopalis longè gravissimus Proavia paterna nobilis & exi-
mia omnino femina Margareta **Pribbernowē**/ Viri qvon-
dam spectatissimi & dexterimi DN. JOHANNIS **Prib-
bernowen** urbi Stargardia adlnam qvondam à secretis fili-
am. Abavo gavisus est paterno Viro Amplissimo & prudentissi-
mo DN. MATTHÆO **Engelbrecht** Senatore Colber-
gensi salinarumqve Participe præstantissimo. Abavia paterna
feminarum egregiissima **URSULA Hinzzen** Viri integerri-
mi DN. **Hans Hinzzen** Mercatoris præcipui salinarumqve
compositis inibi præeximii filia. Materno prosatus est Avo
Viro Clarissimo & prudentissimo DN. JOACHIMO PAN-
SOVIO Reip. Sundensis Senatore primario; Avia autem ma-
terna feminarum laudatissimā pariter & præstantissimā DO-
ROTHEA **Michælis**. Proavum maternum habuit Virum
Amplissimum prudentissimumq; DN. JOHAN. PANSOVIVM
Senatoriæ dignitatis Virtū & Camerarium Stralsundensem lon-
gè gravissimum, Proaviam verò Maternam feminei sexus
ornatu instructissimam MARGARETHAM TAMMIN specta-
tissimi Viri DN. JOHANNIS TAMMEN Negotiatoris prima-
rii, seniorisqve pannorum domus meritissimi filiam. Abavum
maternum agnoscit VIRUM præeximum DN. **Claus Mi-
chælis** Mercatorum qvondam florentissimum Seniorem itē
Collegii Zythopæorum Sundensem cultissimum Abaviam
Maternam lectissimā feminarumq; virtutum decore fulgi-
dissimam DOROTHEAM **Marqvards** Viri spectatissi-
mi DN. ANDREÆ **Marqvards** Mercatoris opulentissi-
mi præfecti qve Ædis D. Nicol. Sundensis fidelissimi filiam.

Ad hos jam MAJORES suos amplissimos salutari se re-
cepit omite BEATULUS noster, qui postquam primori-
bus vix degustavit labris amarorem seculi, ut plenus jam tūm
vitæ conviva recedit, de suā sic unā cum illis securus immor-
talitate, in qvorū venit conspectum complexumq;. Obtinuit
qvod

qvod cupidius optare poterat, ut charis his ipse choris charus
immisceretur pulsio; maturore subtracto exitu in numeris in
mortali orchestrâ tumultibus, ruinis plagisq; imminentibus
nutanti mundo, labanti & ruinam sui non senectute re-
rum sed fine testanti. Cœlo datus est, ut æternus sit : Illic
perennaturus, illic annos corpusculo negatos continuatu-
rus, illic spiraturus & æternum ovaturus. Equidem VO-
BIS, NOBILISSIMI PARENTES, (cum difficile sit in tan-
tâacturâ silere, & qvò gravius animi vulnus hoc ægrius si-
lentio prematur,) venia fuerit danda, si oculi languescant
vestri, non conductitas fusuri lacrimas, si lingva singul-
tiat, si cum enormi solatii deliqvio conflictemini; dulcissi-
mus hic vester Filiolus qvâsi solstitialis herba paulisper fuit,
repente exortus repantino occidit, & cum nupero solstitialis
dolorosum vitæ suæ solstitialium expediit. Luctu dolorem pro-
seqvimini, svavi illo filioli nomine orbati priviq; curarum le-
vemento, qvod lenis cunarum suppeditabat motus; Non
secus ac Avis qvæpiam cum illius nidum draco populatus præ
oculis sobolem vorat, accedere qvidem reformidat, fugere
verò non potest : Amor qvæppe in ipsâ repugnat & dolor;
sed stridens circumvolat obsidionis calamitatem, in aures
immanes & qvas natura misericordiam non docuit, nec qvici-
qvam maternum & supplicem luctum ingerens: Vixq; salvâ
qvidem fieri potest pietate, ut vox vestra hodierno die peni-
tus obmutescat; videantur licet consumtae lacrimæ infixus
tamen pectori hæret hærebitq; dolor, humanitatis sensum
insperatâ isthac & extemporalî ærumnâ sic interturbante,
ut ademto vestro DELICIO omnis curæ omnis sollicitudinis
affectum impendere sat habeatis. Neq; enim sine magno per-
ditur dolore, qvod cū magno possidebatur amore, amarorq;
est amor melle & felle fæcundissimus, ubi gustu exiguum de-
dit dulce, amarum ad satietatem usq;e oggerit uti est apud
Comicum. Sed enim qvid attinet aut humano dolori indul-
geri

geri aut divino Numini invidiam fieri qvod immortalitatem suam partiri nobiscum noluerit; Summum Bonum fecit: benè fecit; providentia statuit providè statuit. Qvum Imperator jubet moveri castra, omnes de itione cogitant milites, eamque futuram præsentientes non aversantur. Agite constanter perferte qvod summo illi rerum arbitro propinare vobis visum fuit è tristi mœrorum poculo: supremæ voluntati nostram toleranter submitti par est & æqvis animis ferre qvicqvid imposuerit. Non abs re fuerit adduxisse qvod Amasis Ægyptius filium amissum lugenti ingessisse animadversū est: Si non dolebas cum non esset, nec nunc doleas cum non est; & qvod Epaminondas de seipso: Nunc, inqviebat, vester Epaminondas nascitur qvia moritur! Fingite idem Vobis abs vestro INFANTULO acclamatum iri: Nunc vester verè nascitur filius, dum moriens, transit ad æternæ vitæ lucisq; natalem & cum SOSPITATORE, cui obviam raptus, longè svaviora in celis acturus est NATALITIA; Is enim cū parvolorum impensè teneatur desiderio, hunc vestrum quoq; ἐγκαλεσάμενος in suas sanctissimas recepit ulnas, perpetuis celestis dulcedinis ipsum peramanter foturus crepundiis. Nos uti affectuosius vestro compatimur dolori: ita & abs clementiore Numine ut reddat vobis submotos mærore spiritus, jacentes vos erigat, vestras spes fractas restituat, ceu οὐ περινόη ναζάληψιν potentissimè valet, ardentiùs precamur. Cumq; tenellæ beatissimi pueruli exuviaæ hodierna die tumulo sint componendæ suo, numerosa freqventia eas, ad isthoc comitabimur conditorum, si vel hoc minuendo vestro nonnihil facere queat dolori. Ulti verò CIVES ACADEMICI omnium ordinum honoratissimi eō humanitatis officio nobiscum lubentes freqventesq; defungamini studiosissimè abs vobis efflagitamus.

P. P. Sub Sigillo Rectoratus d. XXI. Decemb.

A. R. S. M DC. LXXX.

Convenietur in Aede Mariana hora I. pom.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77066993X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77066993X/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77066993X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77066993X/phys_0016)

DFG

qvod cupidiūs optare poterāt, ut charis hī
 immisceretur pūsio; maturiore subtrācto
 mortali orchestrā tumultibus, ruinis plag
 nutanti mundo, labanti & ruinam sui
 rum sed fine testanti. Cōlō datus ēst, u
 perennaturus, illic annos corpusculo n
 rūs, illic spiraturus & æternum ovaturu
 BIS, NOBILISSIMI PARENTES, (cum
 tājacturā filere, & qvō gravius animi vul
 lēntio prematur,) venia fuerit danda,
 vestri, non conductitias fusuri lacrima
 tiat, si cum enormi solatii deliqvio confl
 mus hic vester Filiolus qvāsi solstitialis h
 repente exortus repentinō occidit, & cu
 dolorosum vitā suā solstitialium expediti. I
 seqvimini, svavi illo filioli nomine orbati
 vamento, qvod lenis cūnarum suppedita
 secus ac Avis qvæpiam cum illius nidum o
 culis sobolem vorat, accedere qvidem
 verō non potest: Amor qvippe in ipsā
 sed stridens circumvolat obsidionis cala
 immanes & qvas natura misericordiam n
 qvam maternum & supplicem luctum in
 qvidem fieri potest pietate, ut vox vestrā
 tus obmutescat; videantur licet consum
 tamen pectori hāret hārebitq; dolor, h
 insperatā isthac & extemporalī ærumnā
 ut adēmto vestro DELICIO omnis curā
 affectum impendere sat habeatis. Neq; en
 ditur dolore, qvod cū magno possidebatu
 est amor melle & felle fæcundissimus, ubi
 dit dulce, amarum ad satietatem usq; ve
 Comicum. Sed enim qvid attinet aut hu



charus
 eris in
 ntibus
 ate re
 : Illic
 nuatu
 n VO.
 in tan
 riūs fi
 escant
 singul
 ulcissi
 er fuit,
 olstatio
 m pro
 rum le
 Non
 tus præ
 fugere
 dolor;
 i aures
 ecqvic
 q; salvā
 e peni
 infixus
 ensim
 bante,
 tudinis
 no per
 arorq;
 um de
 st apud
 iindul
 geri

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 032